

Ad Virum doctissimum,

Musicum elegantissimum,

Dn. BARTHOLOMAEUM GESIUM,

ABstinet a teneris infans vagitibus, aures
Quando replet nutrix officiosa sonis:
Excitusque sonis horrendus miles ad arma
Proruit: & nigrans organa barrhus amat:

Ad cantum resonant saxa, umbrosaque cavernæ:

Adquæ melos sistit curriculum ipse Furor.
Ergo est mentis inops magis infante, horridiorque
Militibus; vincit marmora duricie,
Estque Furore furens magis, est immanior omni
Bruto, quod superest, inquæ solo inque salo,
Quem non exhilarat vitæ cœlestis imago

Musica grata Deo, Musica grata homini:
Quippe animum harmoniæ rapiunt, animus nisi spretis

Harmonicis numeris definat esse hominis:
Tartareos pellit lemures: fallitque labores:

Et gravibus curis anxia corda levat.
At tu, quem passim gratum sacra musica Musis

Reddidit, hinc GESI GESI us haud mihi eris,
Si terrena tibi Grajo sermone voluptas

Det nomen; cœlo namquæ opera hæc volupe est:
Jesso propius jungit te regia vati
Musica: perge diu psallere, perge Deo.

M. Caleb Trygophorus Professor Logicus